

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 1393

**Auteur(s)** : Jean du Saussay [chevalier]

**Bénéficiaire(s)** : Rouen, Sainte-Catherine ou La Trinité-du-Mont (abbaye)

**Genre d'acte** : notice

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1217

**Lieu d'émission** : Rouen

**Action juridique** : règlement conflit

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Transaction avec Jean du Saussay, chevalier, pour l'église et patronage du Saussay.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Pommeraye Jean-François, *Histoire de l'abbaye royale de Saint-Ouen de Rouen*, Rouen, Lallemand, 1662, p. 79.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus quod cum inter Radulphum Abbatem et conventum sanctæ Trinitatis de monte Rothomagi ex una parte, et Ioannem de Saucheio militem ex altera in curia Domini Regis coram Vvillielmo Escuacol tunc castellano Rothomagi super patronatu ecclesiæ sancti Martini de Saucheio controversia verteretur. Tandem de assensu utriusque partis in plenaria assisia apud Rothomagum sub hac forma inter eos lis fuit sopita, videlicet quod dicti abbas et conventus patronatum dictæ ecclesiæ nominato Ioanni et eius hæredibus in pace dimittunt, saluis abbati et conventui duabus garbis totius decimæ prædictæ parrochiæ exceptis duabus culturis, videlicet Ouuergne et Lesvillers, quæ ad Ecclesiam pertinent. Sæpe dictus autem Ioannes pro hac amicabili concordia dedit nominatæ ecclesiæ sanctæ Trinitatis undecim minas auenæ apud Saucheium, ad communem mensuram eiusdem villæ singulis annis percipiendas ad festum omnium sanctorum, videlicet in feodo Ioannis Bordun quatuor minas, et in feodo Rogerii le Nouvel septem minas. Si vero ad prædictum terminum nominati abbas et conventus dictas undecim minas auenæ non haberent. Eorumdem famulus duobus legitimis testibus secum adhibitis debet vocare præpositum sæpedicti Ioannis vel hæredum eius ad justitiam super hoc exercendam. Si vero nominatus præpositus venire ad hoc recusaverit : seu fraude vel quocumque modo se absentaverit postea in continenti licebit memoratis abbati et monachis pro præscripta auena in toto feodo nominatorum hominum, scilicet Ioannis et Rogerii vel hæredum eorum apud Saucheium, vel in parochia per animalia, vel alia catalla suam exercere justitiam absque emenda exinde Abbati capienda nec licebit Abbati namma, hac de causa capta extra villam de Saucheio ducere, sed ea ibi licite detinebit donec eidem super hoc plenarie fuerit satisfactum. Actum fuit hoc anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo decimo septimo. Testibus Roberto d'Esneval, Thoma de Pavilly. Robert de Freschiennes. Vvillielmo de Belvilein. Vvillielmo de Esketot. Vvillielmo de Bellocampo. Martino de Frontebosc, militibus et multis aliis.